

Trapezuntus, Sinopensium colonia, hujus patria est. ...
 Nec tantum Diogenem admiratus est, Timotheum, Deiphilum poetam, Thalem, Anaximandrum, Anaxinenum, Hecateum historicum, Aeschinam rhetorem illum qui in Pompeium inrectus est, licet ii agnationis jure propinquiores essent, quin observaverit Socratis leporem, Platonis copiam et amplitudinem, Aristotelis acumen, Isocratis lenitatem et numeros, vim Demosthenis; ab omnibus enim, gentilitatis jure, quod probabile quoque optimum esset, accepit, haeres tot actantum ingeniorum.

Ex his igitur Bessarion animos sumens, ubi primae pueris excessit, cura parentum Byzantium transmittitur, celebrem quondam urbem et doctissimis hominibus liberalibusque studiis affluentem.

Grammatica celeriter ab acumen ingenii poeticaque inbutus, posthabita curae rerum humanarum qua impediri contemplatio divinarum solet, totum se religioni addidit.

Christi namque militiam secutus, ut veram gloriam verosque triumphos pariteram, Dositheo, Archiepiscopo Doriensi, unici exempli moribus et sanctitate viro, in primo tirocinio tante expeditionis duce usus est: cujus virtutem, religionem, doctrinam adeo imbibit ut idem brevi factus videretur. Bessarionis ingenium et mentem prope divinam ad cognitionem rerum occultarum et admirabilium vir sanctissimus contemplatus, adolescentem ipsum ad Archiepiscopum Selymbriensem, virum optimum atque doctissimum misit, unde et oratoriam artem et philosophiam perdisceret, sub quo certe tantum profecit adhibita omni ad imitandum hominem cura, studio ac diligentia, ut judicare postea difficiliter fuerit meliorne Bessarion an doctior haberetur.

Postremo autem, ne aliquid tanto ingenio deesset, Plethonem doctissimum praeceptorem, in Peloponneso, nactus, mathematicis accurate inbutur.

Platinae, Baptistae (Crenovensis)
 : Panegyricus in
 Landen Amplis.
 rini: Patris
 D. Bessarionis
 Episcopi Sabini,
 Cardinalis
 Nicaeni et
 Patriarchae
 C. Politani.
 Illo vivente
 in publica
 conventu dictus,

Byzantini in
 znik.

Parisii, ap
 Johannem Patit,
 1530 Biblioth.
 Magaz. n. 31.
 960

Migne. P. G.
 t. 161
 v. CV

<p>Itaque primum sub Archiepiscopis Doriensi ac Selymbriensi, qui tum Bandini, Aloyzii: Commentariode Vita et Rebus Gestis Bessarionis. Myne: P. G. r. 161. r. V</p>	<p>doctrina inter Graecos antistites et eorum sanctitate fulgebant, divinae scientiae latices eo hausit animi incitamento atque ardore, ut omnium spe profectus celeritate antever- terit.</p>
--	--

Mox acriori philosophiae desiderio incensus in
 Peloponnesum concessit, Georgium Genistum, Platoniorum doctissi-
 mum, auditurus

